



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Rev. Patr. Joannis Laurentii Berti, Ord. Eremit. S.
Augustini, Theologia Historico-Dogmatico-Scholastica,
Seu Libri, De Theologicis Disciplinis**

Berti, Giovanni Lorenzo

Monachii [u.a.], 1749

Tertii Voluminis Propositiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83656](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83656)

TERTII VOLUMINIS PROPOSITIONES.

- I. Originalis peccati transfusio evincitur ex veteri Testamento. 4
- II. Eadem Catholica veritas confirmatur novi Testamenti locupletissima auctoritate. 7
- III. Inique scribit Phereponus, Augustinum confidentius explicasse Caput v. Epistolæ Divi Pauli ad Romanos. *ibid.*
- IV. Ex scriptis veterum Patrum depromi possunt pro Originali peccato aperitissima testimonia. 12
- V. Demonstratur ejusdem peccati transfusio ex Ecclesiasticis definitionibus. 14
- VI. Ex miseris etiam, quas modo patimur, comprobatur peccatum Originale. 19
- VII. Contrahitur idem peccatum etiam à filiis Baptizatorum. 24
- VIII. Originale peccatum non est mala quædam, ac perversa substantia, ut affirmavit Illyricus: 26
- IX. Neque est ipsum Adæ personale delictum. 28
- X. Sed est concupiscentia, cui inest reatus culpæ, seu privatio originalis iustitiæ; adeo, ut concupiscentia sit originariæ culpæ quasi materies, reatus vero sit illud, quod Theologi appellant *formale* Peccati. 29
- XI. Contrahitur originalis noxa propagatione naturæ, eoque concupiscentia & libidine seminetur corpus, cui lege providentiæ anima à Deo inferitur, unde hæc carnis consortio vitatur. 35
- XII. Non ergo transfunditur in Adæ posteros ob arbitrarium illud pactum, pro quo decertatur in Scholis. 37
- XIII. Scelus Judæorum, quibus auctoribus Christus affixus est Cruci, nequit appellari peccatum naturæ pervadens in posteros. 43
- XIV. Pueri sine baptismo decedentes minime possunt supernaturalis beatitudinis. 48
- XV. Fictitia est quoque beatitudo illa naturalis, quam benigniores quidam iisdem infantibus pollicentur. 49
- XVI. Hi enim parvuli morientes absque regenerationis lavacro dolore aliquo afficiuntur. *ibid.*
- XVII. Imo & plectuntur poena sensus, licet in comparatione adultorum, minimissima. 50
- XVIII. Hæc est doctrina Augustini resistentis hæresim Pelagianam; cuius auctorem recte Norisius noster tradidit fuisse Origenem. 65
- XIX. Rufinus, qui Pelagiano errore imbutus Cælestium, est Rufinus Aquilejensis, non Palæstinus, vel Syrus. 66
- XX. Alter Pelagianorum Prodromus fuit Theodorus Mopsuestenus. 69
- XXI. Pelagius, qui nomen scetæ & hæresi dedit, fuit patria Britannus, & Monachus instituto. 70

R. P. Berti Theol. Tom. III.

- XXII. Quæ scripsit Norisius de Cælestio, & Juliano Pelagianis, hujusque uxore filia Aemilia, haud merebantur recentiorum Criticorum castigationem. 73
- XXIII. Nulla est hæresis, quæ tantis anathematismis & vellicationibus fuerit exagitata, quemadmodum Pelagiana. 77
- XXIV. Hujus hæresis status tres distinguuntur: in quorum primo admisit Pelagius etiam legem, atque doctrinam, 80
- XXV. In secundo autem erroris statu admisit etiam gratiam, quæ sanctam dilectionem inspirat, at non *ut simpliciter* necessariam. 81
- XXVI. Tandem in tercio statu admisit Pelagius ut necessariam gratiam internæ illuminationis; at nunquam gratiam, quæ adjuvat voluntatem per inspirationem charitatis. *ibid.*
- XXVII. Quartus status Pelagianæ hæreseos, in quo agnovit veram gratiam consistentem cum indifferentia liberi arbitrii, commentum est Janfenianum. 85
- XXVIII. *Habitualement* quidem gratiam Pelagius agnovit, at non sensu recto & Catholico. *ibid.*
- XXIX. Præter *habitualement* ipsam gratiam, necessarium est ad actus supernaturales præmovens aliquod actuale adiutorium. 87
- XXX. Adiutorium istud nihil aliud est, quam mentis illustratio, & inspiratio charitatis; sed magis in hac inspiratione, quam in illa illustratione consistit. 90
- XXXI. Recte ergo Gratia ab Augustino definitur, *est inspiratio dilectionis, ut cognita sancto amore faciamus.* 92
- XXXII. Dividitur hæc Gratia in sufficientem, & efficacem; & hæc est inspiratio charitatis superans contrariam cupiditatem. 96
- XXXIII. Habet hæc gratia gradus suos, ex quibus absque ullo præjudicio absolutæ Dei voluntatis dignoscitur una cum vera arbitrii nostri libertate mirabilis ejusdem gratiæ oeconomia. 98
- XXXIV. Atque hæc sententia recte explicata nihil habet affinitatis cum hæresi Janfeniana, in qua victrix delectatio libertatem evertit. 99
- XXXV. In hoc infirmis statu admittendam esse Gratiam *ab intrinseco* efficacem, demonstratur ex sacris literis. 106
- XXXVI. Idem evincitur ex Orationibus Ecclesiæ. 111
- XXXVII. Traditur eadem sententia à Gratia strenuissimo vindice D. Parento Augustino. 112
- XXXVIII. Conspirant in eandem alii etiam Ecclesiæ Patres. 113
- XXXIX. Magis, magisque hæc sententia firmatur ex aliarum consuetudine. 119

X x

XL

PROPOSITIONES.

- XL. Doctrina de Gratia per se efficaci nihil præjudicii, sed multum potius auctoritatis accessit tam occasione diffidiorum Belgii, quam ex institutis Congregationibus *De Auxiliis*. 121
- XLI. Frustra quidam nituntur demonstrare, quod hæc doctrina liberi arbitrii potestatem, & indifferentiam interimat. 125
- XLII. Est autem Gratia tale donum, quod solis operibus naturalibus nec de condigno, nec de congruo possumus promereri. 131
- XLIII. Ad prævenientem gratiam nemo potest sese viribus naturæ positive disponere. & dispositionis negative nullam Deus rationem habet in suorum dispensatione donorum. 133
- XLIV. Non exiat lex aliqua, aut promissio, per quam Deus facienti quod in se est per naturales vires arbitrii gratiam supernaturalem elargiatur. *ibid.*
- XLV. Itaque ex gratia est etiam bona voluntas, quæ fidem præcedit, quidquid opinati fuerint Semipelagiani, 139
- XLVI. Quorum errori nequaquam præiust S. Joannes Chrysostomus. 142
- XLVII. At Cassianus ejusdem Chrysostomi discipulus nequit à Semipelagianismi nota purgari. 145
- XLVIII. Etiam Faustus Rejenis fuit reuera imbutus Semipelagianorum errore. 148
- XLIX. Vincentius Lirinensis fuit & ipse Semipelagianus. 149
- L. Quid vero de Hilario Arelatensi dicendum est? De sancto hoc viro judicium Cardinalis Norisii grave est, libratum, & verum. 153
- LI. Ad Semipelagianos declinavit etiam Gennadius. 155
- LII. Contra hos, aliosque Christi Gratia ad initium fidei asseritur necessaria. 157
- LIII. Non admiserunt Semipelagiani necessariam ad fidei initia aliam gratiam, quam mentis illustrationem. 161
- LIV. Debemus simul cum gratia defendere liberum arbitrium, & refellere quælibet perversa dogmata hæreticorum. 167
- LV. Itaque idem liberum arbitrium etiam in homine lapso persistit. 171
- LVI. Tradit hoc dogma Catholicum Augustinus & contra Manichæos, & contra Pelagianos decertans. 173
- LVII. Ad libertatis essentiam pertinet posse agere, & non agere; non autem posse peccare: quod potius defectus est libertatis. 177
- LVIII. Requiritur libertas indifferentia ad meritum, vel demeritum etiam in statu naturæ lapsæ 179
- LIX. Indifferentia liberi arbitrii non est mere passiva, ut opinantur hæretici. 180
- LX. Facile est quidquid adversus liberi arbitrii activam indifferentiam Lutherani, Calvinistæ, & Janseniani objectant. 181
- LXI. Blasphemum est appellare Deum causam efficacem peccatorum. 192
- LXII. Male de Gratia & libero arbitrio senserunt Bajus, Jansenius, & Quésnellius. 200
- LXIII. Assertiones complures Baji anno 1560. revera proscriptæ fuerunt à sacra Facultate Parisiensi. 205
- LXIV. Subreptitiæ non sunt Romanorum Pontificum adversus eundem Bajum Constitutiones. *ibid.*
- LXV. In Bulla Pii V. ejusque confirmationibus, articuli Baji vere ac proprie in sensu ab assertoribus intento reprobatæ fuerunt. 206
- LXVI. Damnatiæni ipsorum articulorum nefas est retragari. 207
- LXVII. Affirmavit Jansenius aliqua Dei præcepta hominibus iustis volentibus, & conantibus, secundum præteritas, quas habent, vires esse impossibilia, & deesse illis gratiam, qua possibilia fiant. 210
- LXVIII. Verum Augustinus oppositum tradidit: *ibid.*
- LXIX. Et recte propositio illa Jansenii declarata est, Temeraria, impia, blasphema, anathemate damnata, & hæretica. 211
- LXX. Jansenius etiam asseruit, interiori gratiæ in statu naturæ lapsæ nunquam resisti; 215
- LXXI. At Augustinus contrarium docuit: *ibid.*
- LXXII. Meritoque secunda hæc Jansenii posito rationem hæretica proscripta est. 216
- LXXIII. Protulit Jansenius & enunciationem illam hæreticam: Ad merendum, & demerendum in statu naturæ lapsæ non requiritur in homine libertas à necessitate, sed sufficit libertas à coactione; 220
- LXXIV. In qua assertionione Jansenio opponitur Augustinus: *ibid.*
- LXXV. Debitque hæc tertia Jansenii propositio eadem censoria animadversione damari *ibid.*
- LXXVI. Etiam in hoc absurdum Jansenius prolapsus est, ut scripserit Semipelagianos admisisse prævenientis gratiæ necessitatem etiam ad fidei initium, & in hoc fuisse hæreticos, quod velent eam gratiam talem esse, cui posset humana voluntas obistere, vel obtemperare; 221
- LXXVII. Quod est plane falsum, & à doctrina S. P. Augustini alienum: *ibid.*
- LXXVIII. Ideoque hæc quarta propositio Jansenii recte damnata est rationem falsam & hæreticam. *ibid.*
- LXXIX. Janseniana est etiam hæc enuntiatio: Semipelagianum est dicere, Christum pro omnibus omnino hominibus mortuum esse, & sanguinem fudisse. 222
- LXXX. Verum Augustinus Christum pro omnibus & singulis pretiosum sanguinem effudisse, innumeris in locis asseruit, & demonstravit. *ibid.*
- LXXXI. Falsa est autem hæc assertio Jansenii, temeraria, scandalosa, aliisque notis, quibus afficitur ab Ecclesia, jure meritoque confixa. 223
- LXXXII. Quæ vero à Jansenistis adversus universorum redemptionem obijciuntur, non ex incertis quorundam placitis, sed ex communi Conciliorum, & Patrum doctrina diluuntur, & refutantur. 225
- LXXXIII. In hoc etiam Janseniani decipiuntur, quod pugnantiter contendunt judicium Romani Pontificis in factis Dogmaticis esse obnoxium errori. 229
- LXXXIV. Denique se obstringunt gravissimo perjurii crimine, qui obsequio, ut inquit, silentio, atque simulatione celebri formulario subscribunt. 239
- LXXXV. Potest utique rationalis creatura veritatem aliquam naturalem sine gratia scrutari. 242
- LXXXVI. Requiritur tamen ipsa gratia, ut mens piis studiis intenta juvetur ad æternam vitam capessendam. 243
- LXXXVII. Multa sunt etiam ab infidelibus & impiis, quæ si inspiciantur officia virtutum, habent decus laudis, neque appellari debent peccata. 244
- LXXXVIII. Sunt tamen virtutes infidelium, ut plurimum, germen inutile, & marcescens; quoniam vitio aut phylaxia, aut inhonestatis labefactantur. 246
- LXXXIX. Alio quoque ex capite quæ sine Christi gratia

PROPOSITIONES.

- gratia ab infidelibus peraguntur, nequeunt inter virtutes connumerari; scilicet quia ad veram & Christianam pietatem nihil conferunt 247
- XC. Quidquid igitur boni patrauerunt infideles, non fuit à superna gratia disjunctum. *ibid.*
- XCI. At necessaria non est ad non peccandum fides *habitualis*, nec gratia remissionis peccatorum. *ibid.*
- XCII. Utrum bonum opus morale sine gratia patratum careat vitio, disputant in utramque partem Scholastici: 252
- XCIII. Pe eni quid nos in hac gravi questione opinemur, respondemus subscribere utroque pollice Augustino, cujus sententiam exponimus. 256
- XCIV. Ad observanda divina praecepta, ut oportet, cogimur divinum implorare auxilium; 258
- XCV. Ne possumus absque gratia Deum super omnia diligere. 259
- XCVI. Sine eadem gratia non possumus aut peccatum vitare, aut *undeque* vincere tentationes. 267
- XCVII. Ut vero vitentur peccata quolibet venialia, necessarium est gratia singularissimum beneficium. 270
- XCVIII. Finalis quoque perseverantia est donum gratia magnum, & speciale. 274
- XCIX. Deus pro omnibus ac singulis remedia salutis instituit, paravitque? exhibuit, & quantum est ex se, nulli prorsus mortalium denegat Gratia suae beneficentissimam largitatem. 281
- C. Non est de fide, quod singuli reapse recipiant auxilium gratia omnibus misericorditer exhibitum ac prae paratum. *ibid.*
- CI. Neque necessaria est ad imputationem peccati praesens & actualis inspiratio divina gratia. 282
- CII. Cuilibet fidei, nisi libere ponat obicem, adest gratia orationis, qua impetrare potest auxilium immediate sufficiens ad implenda mandata. 284
- CIII. At nemo absque gratia per se efficaci habet potentiam orandi conjunctam cum actu. *ibid.*
- CIV. Est probabilior sententia, auxilia, quae omnibus divina munificentia paravit, quibusdam aliquando deesse ob impedimenta, quae obicit humanum demeritum. 285
- CV. Denegatur enim sufficiens auxilium puerulis vitæ funditis ante Baptisum. 286
- CVI. Nonnullis etiam infidelibus deest eorum culpa sufficiens gratia ad credendum. 287
- CVII. Sunt & aliqui in scelera damnabili obstinatione ruentes, quibus gratia sufficiens aliquando subtrahitur. 289
- CVIII. Cæterum quisquis non adjuvatur à Deo per subministrationem gratia actualis, queri debet de prava sua voluntate, non de ipso Deo beneficentissimo gratiarum suarum largitore. 290
- CIX. Quod omnibus ac singulis non inibus nunquam denegetur sufficiens gratia, nec Augustinus asseruit, nec Prosper, nec Orosius, nec Divus Thomas. 293
- CX. Edam si in iustis ipsa Persona Spiritus sancti inhabitet; 301
- CXI. *Habitualis* tamen Gratia non est eadem Spiritus sancti persona; *ibid.*
- CXII. Sed habitus charitatis, quæ in cordibus nostris per ipsum Spiritum sanctum diffunditur. 302
- CXIII. Justificantur itaque impii per inhaerentem gratiam, & non per solam imputationem iustitiae Christi; neque per solam peccatorum extrinsecam condonationem. 304
- CXIV. Atque in iis, qui iustificantur, vere peccata delentur; non ita teguntur, ut adhuc inquinata sit anima. 309
- CXV. Sanctificans gratia, & mortale peccatum nequeunt simul consistere. 311
- CXVI. Neque peccati macula omnino deleri potest absque gratia inhaerente. *ibid.*
- CXVII. Disponuntur ad justificationem adulti fide, timore, spe, dilectione, cæterisque actibus, quos Tridentina Synodus singillatim enumerat. 312
- CXVIII. Docens itaque Apostolus homines gratis, & per fidem iustificari, non excludit opera, quæ sunt præveniente actualis gratia adiutorio. 315
- CXIX. Nec, ut impii sentiunt hæretici, repetit justificationem à sola fide divinarum promissionum, sive firma in Christum fiducia. 316
- CXX. Opera bona nequaquam censenda sunt sordes, & animarum inquinamenta; 321
- CXXI. Et necessaria omnino sunt, ut adulti æternam salutem adipiscantur. *ibid.*
- CXXII. Fastosum non est, ut inquit hæretici, nomen *meriti*, sed recte illo utuntur Catholici, recte illud describunt & dividunt. 322
- CXXIII. Decipiuntur vero Sectarii, dum putant primam meritorii operis conditionem esse, ut in se perfectum sit, tam graduum, quam partium ratione. 324
- CXXIV. Errant quoque statuentes conditionem alteram, quod opus meritorium sit illi, cui impenditur, prorsus indebitum. *ibid.*
- CXXV. Male etiam requirunt conditionem tertiam, ut opus plane ac in primis sit nostrum, & nulla ratione sit ejus, à quo expectamus mercedem. 325
- CXXVI. Frustra & quartam conditionem statuerunt, ut opus in se spectatum habeat cum mercede proportionem æqualitatis. 326
- CXXVII. His itaque conditionibus rejectis, requiritur primo ad meritum, ut opus sit bonum, ac liberum; 327
- CXXVIII. Deinde, ut fiat præveniens gratia auxilio. 328
- CXXIX. Insuper, ut patratum sit in statu viæ, & proficiatur ex charitate. *ibid.*
- CXXX. Ulterius, ut intersit divina promissio; 329
- CXXXI. Ad meritum denique *de condigno* requiritur habitualis gratia, per quam filii Dei constituimur. 330
- CXXXII. Statuit autem his conditionibus, affirmandum est opera, quæ justificationem præcedunt, habere quidem meritum *de congruo*, at non *de condigno*; 331
- CXXXIII. At quæ justificationem consequuntur, non *de congruo* tantum, sed etiam *de condigno* mereri vitam æternam. 332
- CXXXIV. Promeretur etiam iustus *de condigno* sanctificantis gratia augmentum, sed non ejusdem gratia persistentiam, & finalem perseverantiam. 335
- CXXXV. Quamdiu iustus mortalem hanc vitam agit, potest excludere à sanctitate; 338
- CXXXVI. Et absque speciali revelatione nequit habere de sua iustitia certitudinem fidei. 342
- CXXXVII. Status denique gratia sanctificantis potest magis perfici, atque augeri. 344



Y y 2

INDEX